

TESTIMONIA

38 (47 Md.) Terent. Maur. De metr. 2371 – 2374 (GL 6, 396 Keil; testim. de tetr. iamb. catal. 10 Perusino)

*Archilochus autem creticum sicut dedit,
aeque trimetro iunxit Hipponax pedem
novissimum trisyllabum ex prima brevi,
longis duabus: antibaccho nomen est.*

38 a Terent. Maur. De metr. 2901 – 2903, GL 6, 411 Keil (testim. de tetr. iamb. catal. 11 Perusino)

*at quae septima fit tome, videtur
Hipponactis habere claudicantem,
quem supra posui.*

39 (54 Md.) Rufin. Comm. in metra Terent., GL 6, 559, 5–8 Keil (testim. de tetr. iamb. catal. 18 Perusino)

*De iambo Hipponacteo
Ultimus amphibrachys velocem claudit iambum,
aut bacchius erit finis discrimine nullo:
utitur Hipponax hoc metro maximus auctor.*

39 a (54 Md.) Rufin. Comm. in metra Terent., GL 6, 560, 7 Keil

amphibrachyn trimetro Hipponax supponit iambo.

40 (50 Md.) Aphthon. [Mar. Victor.] De metr., GL 6, 135, 14–17 Keil (testim. de tetr. iamb. catal. 14 Perusino)

itaque ut Archilochus creticum iambico trimetro praeposuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita Hipponax trimetro iambico ultimum adiunxit antibacchum ex prima brevi longis duabus, ut faceret tetrametrum iambicum comicum.